



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 212. Libellus Cardinalis Cameracensis de potestate Ecclesiastica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.  
A.C. 1416.

§. CCXI.

*Decretum Synodi circa obedientiam  
realem Gregorii XII.*

**C**oncordat cum præfata explicatione sequens Decretum Concilii: ut utræque Gregorii XII. & Joannis XXIII. obedientie in pace concordiaque vivere valeant, sacrosancta Synodus omnes processus, panas, sententias & censuras Ecclesiasticas per quoscunque Judices, Commissarios & executores, ab olim dicto Joanne XXIII. & aliis quibuscunque Deputatis, contra quoscunque, qui auctoritate Gregorii beneficia Ecclesiastica in Dominiis Electoris Palatini, & Ducum Bavariae, Joannis, Stephani, & Othonis fratrum suorum, & Henrici & Guilielmi Brunsicensium & Luneburgensium Ducum, & Hermanni, ac Ludovici Landgraviorum Hassiae, assecuti sunt, tamdiu donec per eandem Synodum, vel futurum Pontificem realis obedientia Gregorii XII. declarari contigerit, suspendit, inhibens omnibus cujuscunque fuerint dignitatis, ne contra hanc suspensionem, & relaxationem aliquid attentare præsumant.

§. CCXII.

*Libellus Cardinalis Cameracensis de  
potestate Ecclesiastica.*

Gerson. to.  
2. p. 917.

**C**ardinalis Cameracensis unice intentus, ut Hispanos Synodo aggregaret,

ret, & Benedicto deposito novi Ponti-Sæcul. XV.  
 fici electionem suaderet, tractatum de A. C. 1416.  
 potestate Ecclesiastica composuit, quem  
 publice recitari voluit. Totus in eo est,  
 ut nonnulla scripta ac sermones confuta-  
 ret, qui ad infirmandam Concilii auctori-  
 tatem, atque ad Papalem & Cardinali-  
 tam supra illud elevandam tendebant.  
 Hoc opusculum in tres dividitur partes.  
 In prima Auctor tractat de origine pote-  
 statis Ecclesiastice, in secunda de ju-  
 ribus Ministrorum Ecclesiæ in bona Ec-  
 clesiastica. In Tertia, de plenitudine po-  
 testatis Papalis, & utrum Concilio Ge-  
 nerali subdita sit, vel non? Potestatem  
 per Jesum Christum Apostolis datam ad  
 sex reducit capita, nimurum ad Sacro-  
 rum Ordinum collationem, Sacramen-  
 torum administrationem, Verbi divini  
 prædicationem, judicariam correptionem,  
 Ministrorum Ecclesiæ designatio-  
 nem, ac denique ad auctoritatem, qua  
 inter Ministros debitam subordinationem  
 stabilire, & quæ pro eorum sustentatione  
 necessaria sunt, recipere possunt. Agens  
 vero Cardinalis de jure in bona Ecclesi-  
 astica, inquit, quod Papa & Prælati non  
 ut Vicarii Christi, aut successores Apo-  
 stolorum in bona temporalia potestatem  
 ac jurisdictionem habere valeant, bene-  
 tamen, si ejusmodi bona titulo charita-  
 tis ad eos deveniunt, vel alias juste ac-

Sæcul. XV. quisita fuere. Tandem de potestate Pa-  
 A.C. 14<sup>16</sup>. pæ tradit, quod S. Petrus sit caput Ec-  
 clesiæ, quatenus est primarius inter Mi-  
 nistros, cum Christus Dominus illi titu-  
 lo longe specialiori, ac aliis claves de-  
 disset, in virtute horum verborum: *Pa-  
 sse oves meas.* Hoc idem ad successores  
 Petri extendit Cardinalis.

## §. CCXIII.

*Sessio vigesima secunda.*

*Labbe Conc.* Cum a trigesima Maji die nulla Sessio  
*to. 12. p. 192.* publica celebrata fuisset, tandem de-  
 cima quinta Octobris habita est Sessio vi-  
 gesima secunda, in qua Patres Arrago-  
 niæ Legatos Synodo aggregare niteban-  
 tur; cum vero hi Concilium venerari  
 renuerent, donec per eos illius convo-  
 catio fieret, & secundum Narbonensem  
 Capitulationem solemniter eidem adjun-  
 cti fuissent, ideo in hac sessione, consue-  
 ta solemnia primum post peractam unio-  
 nem, atque convocationem persoluta  
 fuere.

## §. CCXIV.

*Consilium de quinta Natione ex Hi-  
 spanis instituenda.*

*Ibid. p. 192.* Nonnullæ prius ortæ fuere contentio-  
*& seg.* nes; Patres enim meditabantur ex  
*Schelstrat.* comp. Chro- Hispanis quintam erigere Nationem,  
*comp. Chro-* *nol. p. 53.* quæ